



N. 633

Xg. 5.
694.

4^{er}

Σ. Θ.

Qc 4378

COELUM TRISTE

2

Ad

IULIAS CALENDAS

Anni MDCCXXXI.

Publica Eruditorum Censura

subijciens

JOH. JACOBUS SCHEUCHZER, Med. D.
Math. P. Acad. Imper. Nat. Curiosor.
Adjunctus, Socc. Regg. Angl. &
Pruff. Membrum.

Et pro Consequendo Examine Philosophico

ABRAHAMUS HEGIUS.

HENRICUS WALDERUS.

JACOBUS ZIMMERMANNUS.

SOLOMON CELLARIUS.

CONRADUS WYSSIUS.

GUILIELMUS SCHERERUS.

HENRICUS WERDMYLLERUS.

JOH. JACOBUS WASERUS.

HENRICUS SIMLERUS.

H. L. Q. S.

Ad Diem Januarii.

Typis JOH. HENRICI BYRCKLINI.

PRÆNOBILI VIRO
Juris & Naturæ Consultissimo
D. JACOBO THEODORO
KLEIN,

Inclytæ Reip. Dantiscanæ
à Secretis,

Amico ex Optimis,

Pagellas hæc dicat

R.

Author.



COELUM TRISTE

Ad

JULIAS CALENDAS

Anni MDCCXXXI.

I.



Audabili proposito, atque optato haecenus Successu, Rationem Naturæ ipsi subjugant moderni post Cartesium Philosophi, Experimenta Experimentis cumulant, iisdem Phœnomena Naturæ illustrant, inde Ideas formant, addunt, multiplicant, confectaria eliciunt, ad Dei Conditoris summi Notitiam, Rei Medicæ, Oeconomica, Agrariæ, Artium Accrementum, Societatis Usum.

II.

Sit pro Specimine Meteorologia, cui plus Lucis affulget ex unius Anni Observationibus. Barometricis, Thermometricis, Hygrometricis, Anemometricis, Hyetometricis, Medicis, Agrariis, quàm ex omnium Seculorum, quotquot inde à Diluvio effluerunt, Astrologicis Commentis atque Scholasticis Figmentis. Sufficiat allegasse, simul atque laudasse, Societatis Imperialis Carolinae, quæ Naturæ Curiosorum dicitur, Ephemerides,

A

rides,

rides, Regiæ Anglicæ Transactiones, Regiæ Gallicæ Historiam & Commentarios, Regiæ Prussicæ Miscellanea, Kanoldianos, nunc Büchnerianos, Labores, quibus omnibus inde ab aliquot Annorum Lustris Opellam meam contuli.

III

Imo fit pro Specimine Annus proximè elapsus, multis Nominibus fatalis, fit *ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιπέρας* illud Calendarum Julii, quod Jovi devovisset cœca Antiquitas, vel potius Summano Deo; quo non novem duntaxat, sed omnes Deos larga manu Fulmina emisisse dixissent Thusci. Adeò multa & vaga ruebant Torrentium modo Fulgura, Tonitrua, Fulmina, quæ non sine Horrore recordamur, sed Christicolæ accepta ferimus soli & unico DEO, Ter Optimo, Ter Maximo. Hic *tonabat Voce Majestatis suæ, Voce sua mirificè.* Job. XXXVII. 4. 5. *Tribuimus Nomini DOMINI Gloriam, Vox DOMINI super Aquis: DEUS gloriosus tonabat, Vox DOMINI in Virute: Vox Domini in Magnificentia. Vox DOMINI confringebat Cedros. Vox DOMINI diffectas Flammæ Ignis ejaculabatur.* Psal. XXIX. toto. Vox Majestatica simul, quia terrificæ, & gratiosæ, quia beneficæ. Pœna Populis integris, sed & Vox monitoria Personis singulis. Grando passim, eaque gravis, Segetibus, Vineis, Arboribus Lethalis; Tremula alibi Terræ Concussio, eaque Frugibus salutaris. Ædes, Horrea, Flammas consumta. Homines & jumenta suffocata; Ruinæ totalis Pericula Urbibus intentata & Pagis. Sed, quæ DEI est immensa erga nos Bonitas, Atmosphæra purgata. Fulmina numerosissima, & omnis Generis, urentia, terebrantia, discutientia, *διὴ καὶ κεραυνοβολίας ἡμερῶν*, *Dia*, *Dialia*, nocturna, à superiore Cælo decidua, sed quoque *terrena*, ut Plinii Verbis utar. L. II. c. 52.

IV.

Constabunt hæc omnia ex speciali Phænomenon Recensione, cui præmittere necesse habeo præteritorum Mensium in-

inde ab Anni Exordio fata , imo & postponere ea , quæ sequuta sunt postea , atque sic, *ὡς ἐν συνόψει*, sistere Anni totius *μετεωρογραφίαν*. *Ἐν συνόψει*, inquam , Voluminis quippe Res esset, non Dissertationis, enarrare , quæ Scriptis mandavi, singula.

V.

Fuit Hyems Annum inter hunc 1731. & 1730. media aspera & protracta, Vitibus passim noxia , quæ districto diriguere Gelu. Sed fuere ipsa hæc Anni Primordia inconsueta prorsus & singularia, Eventuum rariorum veluti Prænuntii. Gaudebant Alpium Juga, ubi etiam media Æstate habitat deformis Hyems, Cælo miti; pauca hæc, in campestribus nostris Regionibus copiosior Nix; Cælum longè frigidius, ipso N. & O. ab Alpibus reflexo Austrum mentientibus & NO. mutato in SW. *Tardæ* Aves, rari aliàs in nostris Terris Hospites, ad nos ex Alfatia aliisque vicinis Regionibus, nive multa oppressis, profugæ, Fame quippe compullæ, quia Herbis victitant & Radicibus, magno Numero passim occisæ. Ventis ut plurimum ex Orientali Hemisphærio spirantibus alto steterat Loco Mercurius in Barometro, primis præsertim & ultimis Januarii Diebus, Frigore intenso, quod vix sufferre poterat absque noxa tenella Corporis humani Machina. Transpiratione minuta, occlusis Poris, observatæ passim, in infantili præsertim Ætate, & Corporibus etiam adultis ad Cachexiam pronis, intumescentiæ Faciei, atque totius Corporis, cum Angustia Pectoris, Congestionibus circa Præcordia, Doloribus *πλευροπόνους*, Rheumata, Abscessus, Arthritici Insultus, Exanthemata miliaria, Febres. Quæ de Altitudine summa imaque Barometri, Aquæ Cælo lapsæ Quancitate, Incremento & Decremento Fluminum, observavi, commodius sistuntur in Tabula Synoptica, Dissertationi huic subjungenda. Quæ Manu nos ducet ad determinandam respectivam Gothardi Montis, Tiguri, fortè & aliorum Locorum Altitudinem, inventum pronuper per *Nova ex summis Alpibus* vulgatum.

VI.

Februario Mense in enormes agitata fluctus fuit Atmosphaera, quales nunquam hactenus per quinque annorum lustra observavi; In fluctus, inquam, fluidum quippe *Aereum* percommodè comparari potest, & debet cum fluido ipsius Oceani; & tales fortè, qui tum Gravitati tum fluiditati horum Elementorum respondent. Et variantes Mercurii in Barometro ascensus descensusque fluctuantis Atmosphaerae dixeris effectus. Nam ecce Tiguri à die 4. ad medium usque 9. descenderat Mercurius continuo tractu per digitum integrum Parisinum inde à 26.^{''} 7 $\frac{1}{2}$.^{'''} ad 25.^{''} 7 $\frac{1}{2}$.^{'''} spirantibus Ventis Aquil-Orientalibus & Aquil-Occidentalibus, intercurrente die 7. forti SW. qui collectos antea Vapores largissimâ manu effuderat in Terram, ut quatruidi spatio lapsæ fuerint 19.^{'''} nivis, In Gothardo verò, ubi mutationes aliàs sunt nostris minores, pariter descensus factus, sed 5.^{'''} duntaxat, ab 21.^{''} 5.^{'''} ad 21.^{''} 0.^{'''} spirante Favonio. Major mox à medio die 9. ad medium 16. ascensus contigit Tiguri 1.^{''} 6 $\frac{1}{2}$.^{'''} nempe à 25.^{''} 7 $\frac{1}{2}$.^{'''} ad 27.^{''} 2.^{'''} mirandus tantò magis, quòd hoc temporis intervallo spiraverint plerumque Venti Aquil-Occidentales, imò & Austr-Occidentales, qui ordinariè deprimunt Mercurium, non elevant. Sed exonerata adeò fuit Atmosphaera, ut exercere potuerit Aër sibi redditus elasticas vires. In Gothardo quoque inde à die 9. ad medium 17. maximus pariter, quem loci alta conditio admittit, contigit ascensus ab 21.^{''} 0.^{'''} ad 11.^{'''} mutatio 11.^{'''} urgente Aquilone, qui ipse in supremadominans Regione, & nostras quoque Terras perspirans coadjuverat ascensum illum, quem nos observavimus, premendo validè imum Aera nostrum. Corpora qualiacunque semel mota ut pergunt moveri, fluctus Oceani spumantes sese sinuoso vertice volvere, & agmine factò intentare sæva pericula nautis, ita non poterat non pressus ad ima Aer resurgere, Mercurius exaltissimo

tissimo situ relabi. Tiguri nempe à medio die 16. ad finem diei 26. descensus iterum notabilis factus digiti unius, à 27.^{II} 2.^{III} ad 26.^{II} 2.^{III} prædominantibus licet subinde Ventis Aquil Orientalibus & Aquil - Occidentalibus, qui imam nostram Regionem persflantès Cœlum adeò reddebant frigidum, ut Lacus noster Tigurinus ad urbem usque glacie fuerit constrictus; quem descensum causabantur tum intercurrentes Venti Austr-Orientalis & Austr - Occidentales, tum dominans in suprema Regione Aufter, unde pressio bipartita veluti inter Terram & Aethera. In Gothardo pariter à medio die 17. ad medium 26. descensus factus 8.^{III} inde ab 21.^{II} 11.^{III} ad 3.^{III} spirante Austro, qui certans diu cum Aquilonaribus Ventis tandem quoque, nostro omnium solatio, penetravit ad imam Regionem, & mitius reddidit Cœlum, ut die 26. apud nos Pluvia lapsa fuerit 3 $\frac{1}{2}$.^{III} Symbolam fortè ascensui conferente Perigæo Lunæ, quod incidit in diem 6, & Apogæo favente descensui, quod cadit in diem 19. Haud exiguam, spero, foenerabitur lucem hæc insoliti ascensus descensusque alternatio Ætiologia, quæ quadrat diei 1. Julii. Conturbata quippe heic cernes omnia Atmosphæræ contenta, summa imis mixta, Aerem tenuiorem crassiori, particulas Sulphureo-Terreo-Salinas aqueis & Aereis, nec mirum fuisset, si hoc ipso mense exorta fuisset gravissima illa, quo Cœlum omne horrifico remugiebat tonitru, Tempestat, si sufficiens adfuisset calor fermentantis gradus. Admirari heic lubet, & adorare, DEI Optimi providentissimam erga Terricolas Bonitatem, quòd enormes ad eò mutationes factæ fuerint absque dispendio Sanitatis; considerare generatim alternos Mercurii ascensus atque descensus, sive gravitantis Aëris vicissitudines tanquam medium, quo benignissimus Creator uti voluit ad conservandam nostram Hominum Sanitatem. Quod si enim vel per mensis

unici decursum descenderet continuò Barometrum, relaxarentur ad eum gradum Fibræ, ut restitutioni vix daretur locus, augetur nimium Transpiratio, auferentur Secretiones aliæ, & quâ datâ pottà exhalarent effluerentque foras liquida. Pone continuum ascensum, constringerentur nimium Fibræ, impediretur Circulus, condensarentur Fluida, maximo iterum nostrum, incommodo. Rerum momenta & causas ponderantes cessabimus admirari Nivem lapsam copiosissimam 4. alibi 5. 6. 7. pedes altam, sequelam immediatam descensus illius maximi, constitutionem item frigidissimam, ascensus ut prompti ita excessivi Confectarium. Conferenda interim venit constitutio Anni 1719. quo ima altitudo Mercurii fuit die 20. Febr. 25." 8." summa diebus 2. & 4. 26." 9½." quo mense comparuerat die 22. *Lampas* illa *Volans* descripta alibi. Quadrat magis adhuc constitutio Anni 1711. ubi Februario mense Aquæ Cælo lapsæ quantitas adscenderat ad 106." five 9." 1." & die quidem 9. Barometrum non descenderat infra 25." 11½." sed eodem Basileæ, prævio Austro violento observata Terræ concussio, Nivis subitanea fere colliquatio, sed copiosissimus ejusdem relapsus, quæ apud nos spatio 5. dierum dederat 33." Concordant inquam, quæ mense Februario Anni 1711. contigerunt, cum Februarii hujus Anni observationibus. Die quippe 9. Basileæ inter 4. & 6. h. a. Micabant Fulgura, murmurabant Tonitrua, tremebat Terra. Non Atmosphæram duntaxat dixeris conturbatam, sed Æolum quoque ad iram concitatum. De insolitis Tempestatibus, quæ contigerunt die 10. hujus mensis, allata quoque sunt Nova Passavio, Villaco Carinthiæ superioris, & aliunde.

VII.

Non poterat non exposita modò Februarii temperies, sed & Martii constitutio, causari mutationes in corporibus nostris.
Ob-

Observavimus passim congestiones inflammatorias, Rheumatismos, Aurium suffuros, frequentes Apoplexias, in Agro Lucernensi Febres malignas. Notabilis enim iterum à die 7. ad 14. inclusivè, & continuus fere, Tiguri factus Mercurii ascensus à 26.^{''} 4.^{'''} ad 27.^{''} 0.^{'''} prædominantibus Aquilonaribus Ventis, & rarè intercurrentibus S. SW. SO. Cælo constanti frigido. In Gothardo descensus primum factus die 8. ab 21.^{''} 4.^{'''} ad 3 $\frac{1}{2}$.^{'''} sed postea secutus continuus ascensus ad 21.^{''} 10.^{'''} dominium obrinente Aquilone; unde & decrescabant Aquæ, Limagi quippe incrementa notavi 3 $\frac{1}{2}$.^{'''} sed decremента 16.^{''} tantò quidem magis, quod per totius hujus Mensis decursum lapsa duntaxat fuerit $\frac{1}{2}$.^{'''} Aquæ, unde constricta tum ficitate tum frigore Tellus notabili fuit Plantis Germinaturis impedimento, & Fœni magna penuria.

VIII.

Subveniebat *Aprilis* Vegetabilibus, quibus exiguo solatio fuit Martius; plus Aquæ lapsum de Cælo, nempe 41.^{'''} - 3.^{''} 5 $\frac{1}{2}$.^{'''} hinc aucto calorù gradu Limagi incrementa 14 $\frac{1}{2}$.^{'''} decremента 11 $\frac{1}{2}$.^{'''} & fuissent illa majora adhuc nî multum Aquæ absorpsisset sitibunda Terra. Interim rarefactionem in Sanguinis massa causabatur calor, & laxitatem Fibris accersivit humiditas. Hinc passim observatæ iterum Apoplexiæ. Mensis cæterà tranquillus fatis, Barometri mutationes haud adeò, ut in præcedentibus, exorbitantes.

IX.

Turbulentior magis *Majus*; aucto calorù gradu accrescebant Flumina, ut ratio Incrementorum Limagi ad decremента fuerit 35.^{''} ad 4.^{''} Barometri mutationes frequentiores, præludia Tempestatum, quòd evolvi cœperint halitus omnìs generis, licet non ad eum usque Fermentationis gradum, quo media Æstate, ut omnia Liquida e. g. succis Vegetabilium expressa citius fermentant, quò intensior est calor. Die 3. lapsa

Gran-

Grando circa Vitodurum, & Turgoviam versus. Die 27. Tempestas. Feriit Fulmen haud longè à Specula Montis Geißberg binas Arbores, sub harum una sedebat mulier cum Viro; illa non aliud ex ictu passa malum, quàm *δυσκολία*, hic illæsus profusus. Die 29. h. 4. ante Solis exortum visa versus occasum *Iris Aurora* duplex, rubicundi utraque coloris. Lucernæ Tempestas, sed non Fulminea, cum pauca pluvia. Eodem die h. 10. p. Fulmine ic̄ta *Arx Kyburgici* Præfecti sedes. Aggre diebatur id primùm Turriculam supremam, hinc diffracto tecto descendit per & juxta Muros trium contignationum crassissimos, nunc intus, nunc extus, ad Stabulum usque Militum, *im Ritterhaus bis in den Ritterball*, ubi Ignem cepit Stramen residuum fortè, qui mox fuit Aquâ restinctus. Aliud damnum non sensit Arx, nisi quòd Muri passim fuerint lacerati. Mutatæ in Agris Lucernensi & Subsylvano Febres malignæ in Tertianas.

X.

Accrescente Caloris æstivi simul ac fermentantis gradu, Serram veluti ascensus atque descensus Mense Junio reciprocabat Barometrum. Ascensus notabilis à fine diei 5. ad medium 13. Tiguri quidem à 26. ¹¹ 2¹/₂. ¹¹¹ ad 9. ¹¹¹ Ventis ex omni Plaga spirantibus, præcipuè Occidentali, & Aquil-Orientali. In Gothardo à fine diei 8. ad medium 13. ab 21. ¹¹ 8. ¹¹¹ ad 22. ¹¹ 0. ¹¹¹ regnante Aquilone. Basileæ à die 8. ad finem 12. à 26. ¹¹ 10. ¹¹¹ ad 27. ¹¹ 2. ¹¹¹ spirante SO. secuti descensus bini ternive iterum attentione digni: Tiguri primus à medio die 13. ad medium 16. à 26. ¹¹ 9. ¹¹¹ ad 4. ¹¹¹ mutatis Ventis Aquil-Orientibus in Aufr-Occidentales, qui pluviam adferebant 2¹/₂. ¹¹¹ in Gothardo à 22. ¹¹ 0. ¹¹¹ ad 21. ¹¹ 7¹/₂. ¹¹¹ Basileæ à 27. ¹¹ 2. ¹¹¹ ad 26. ¹¹ 9. ¹¹¹ alternantibus SO., & NW. secundus Tiguri à fine diei 17. ad finem diei 24. à 26. ¹¹ 7. ¹¹¹ ad 1. ¹¹¹ Ventis inter N. & S. variantibus in Occidentali hemisphærio, pluviamque per vices effun-

effundentibus 6 $\frac{1}{2}$.^{!!!} Bafileæ à 26.^{!!} 10.^{!!!} ad 6 $\frac{1}{2}$.^{!!!} flantibus NW. & SO. In Monte pacatiora omnia. Haferat Mercurius inter 21.^{!!} 3 $\frac{1}{2}$.^{!!!} & 7 $\frac{1}{2}$.^{!!!} dominium obtinente Aquilone. In Arce Saruntana observatus à *Joh. Conrado Lochmanno*, genuino meo discipulo & Amico, descensus à 26.^{!!} 1.^{!!!} ad 25.^{!!} 9.^{!!!} Tigurinæ & Basiliensi Variationi Parallelus. Non defuere ut huic Mensi Fulmina, sequentis mox Tempestatis horrendæ prodromi, quæ si reservata fuissent pro Julio, & Numerum auxissent, & fortè violentiam. Die 6. *S. Galli* feriit *Fulmen* Turrim S. Magni & omne ibi combustibile devoravit. Die 27. perforavit alius Fulmineus ictus Arcem *Biberstein* totam Agri Bernensis, ad cellam usque Vinariam, ubi fasciculus Straminis accensus, sed mox extinctus. Die 28. h. 10. p. Fulmine ictæ Arbores *auf Asp. auf der Allmend, auf dem Moos*, Agri Tigurini. In Villula *Engwang* Parochiæ *Wigoltingensis* in Turgovia fulmineo igne consumpta domus & horreum. Decumbens in lecto puer in æde derelictus unà cum lecto in inferiorem Ædis ardentis contignationem deciduus tunc demum evigilans evasit. Quo eodem die circa $\mu\epsilon\sigma\sigma\omicron\nu\beta\epsilon\rho\tau\iota\omicron\nu$ *Kyburgenses* perterruerunt aliquot fulminei ictus, quorum unus dilaceravit Nucis Juglandis arborem retrò Arcem, fragmentis ad longam distantiam excussis; Sic & retrò Pagum decorticata Cerasus.

Advolarunt ex Regionibus exteris quoque Nova de gravibus Tempestatibus, quæ hoc ipso Mense Junio contigerunt.

Die 2. atra furebat Tempestat, eaque inaudita. Grando lapsa ovi Gallinacei magnitudine, quæ binis à Vienna Milliaribus in Dominio Ill. Comitum *de Wildzeck* segetes & vineas pessum dedit. Elevavit Turbo violentus prope Pagum *Stammersdorff* Ecclesiastici ordinis Virum unà cum curru & Equis, qui ex Aere relapsus crurifragium passus, curru ipso in fragmina disrupto. Eradicatæ simul altissimæ Arbores.

Die 7. fatalis fuit grandinosa simul & tonitruosa Tempestatas

B

stas in Pagis *Braunweiler, Kerpen*, aliis in Colonia *περιχώρα*. Quo eodem die prope *Schvetzingen* Tentoria occasione Venatorii Ludi erecta fuere everfa, sed absque illustrium, quæ aderant, Personarum damno.

Dicbus 7, & 8. Ecnephias cum Grandine devastavit agros in *Vestrovvaldia, Westervald*, speciatim *auf dem Burbacherfeld*, ubi ab Aquis 4, Ædes fuere prostratæ, & 14. graviter læsæ. *Donsbaci*, horâ à *Dillenburgo*, dimidia Messis spes periit.

XI,

Prodromoshosce secuta Fulminea Tempesta, nocte inter ultimum Junii & 1. Julii media, longè lateque extensa, cui similem haud legimus in Annalibus nostris, haud viderunt in vita sua senes nonagenarii, attentione nostra & accurata, quàm fieri potest descriptione dignissima. Dominabantur inprimis per posteriorem Junii medietatem Venti nunc Australes, vel Austr-Occidentales, nunc Aquil-Orientales, & inter se partiebantur Dominium, sed quoque non diversos duntaxat verum contrarios prorsus in Atmosphæra exerebant effectus. Dilatabant illi & rarefaciebant, locumque dabant Vaporibus halitibusque ingenti copia allatis à Zephyro, cogebant hi collectos. Pentaemero Junii ultimo vidimus omni vesperâ & nocte turbatum cœlum & gravia minans, ejecta passim, quæ modo narravimus, Fulmina, sed monadica fere, descendebat magis & magis Mercurius in Barometro, & signum Pugnæ imminenti dabat die 30. labens apud nos quidem ad 26. ¹¹ O. ¹¹¹ Basileæ ad 26. ¹¹ 5. ¹¹¹ imas fere utrobique stationes. Sole fugiente, sub dominio Zephyri in Nubibus, NO. in Regione ima, confurgentibus Versus *μεσογυντιον* Ventis, magno miscebatur murmure Cœlum, imo remugiebat horrifco tonitru, occultum tristi velamine, portendebant omnia mala depressæ ad imam Aeris Regionem coactæ Nubes, atræ & ex flavo micantes, ingeminabant Fulminei ignes, & undique ex pendente Hydro-Pyrophylacio erumpabant, ad eò citato impetu, & agmine rupto,

rupto, ut ignibus fulgentissimis horrorem Terræ incusserit iratum Numen, Pyrotechniâ Divinâ eminus conspicuâ, omnia mala minante Urbibus & agris. Quinimò ex collectis undique Historiis, mox recensendis patet, medium Exercitus invictissimi corpus confituisse Nubes atras, Fulmineis prægnantes ignibus, horrida veluti è Tormentis maximis Tonitrua, quæ Aerem, Sylvas, Ædes, Montes & Valles replebant tremore, terrore incolas, Alas verò dicti Exercitus Grandinem, eamque diram, duris invisam colonis, quæ prostravit omnia fere in Pagis, ut Relationes ferunt 30. Agri *Genevensis*; in Cantonibus *Friburgensi*, *Bernensi*, *Lucernensi*, nominatim in Pagis *Gurtzelen*, *Wattenveil*, *Muri*, *Vechigen*, *Simmeringen*, *Wegefen*, *Lützelstüh*, *Sumiswald*, *Erisveil*, *Hutveil*, *Willisau*, in *Oberland*, *Valle Emmensi*, *Kerchets*, *Hechingen*, *Münsingen*: Porro in Cantone *Basiliensi*, & *Valle Raurica* (*Frickthal*) ubi Pagum inter *Mumpf* & *Vocetium* Montem ad eò omnia fuere deleta, ut vix reliquum fuerit in Arboribus, Vineis, Hortis illæsum Folium, vix in agris culmus, & regulæ ipsæ in Tectis passim fuerint diffractæ; in Toggico Comitatu superiori præsertim circa Pagum *zum Stein*, Comitatu Sarunetano. Tandem inde à Pago *Emmishofen* in *περιχώρη* Lithopolis per *Turgoviam* ad *Stammheim* usque sese extendit Grando frugibus fatalis. Prædominante in his locis enarratis Aquilone & Euro, in nostro verò Republicæ Tigurinæ, & Argoviæ agro, medio inter illos, Austro atque Zephyro. Relationem hanc constituent inprimis Fulminum Historiæ, circa quas Ordinem Geographicum Provinciarum Helveticarum, vel & adjacentium, observaturus sum.

XII.

In Urbe & Agro Tigurino.

I. Ex ultimis fere, si ordinem spectemus Naturæ & temporis feriebat in superiori Villa (*Oberdorff*) Ædem *Lochmannianam*, ad *Percam*, bey dem *Egli*. Irruptio facta in Septentrio-

trionali parte culminis Turris contiguæ: Dejectæ ex tetragonæ contignationis hedra plurimæ tegulæ, disruptus parte internâ cantherius ex crassioribus: Effractum Muris cæmentum. Diffusum heic Fulmen in binos ramos, horum unus per angulum Meridionalem Muri penetrans excusserat laterem bipollicaris crassitiei, qui in exteriori angulo clavis binis ferreis fuit affixus, dejectus in Hortum adjacentem: Ramus alter impigit in scalam, lædens gradum à supremo secundum: Hinc Murum versus Septentrionem perforans penetravit in conclave superius seu dormitorium, ubi jacebant juxta cum tenello in cunis infante personæ aliquot sequioris sexus, illæfæ omnes, ut infans ne evigilaverit quidem ex placido, quo fruebatur, somno. In descensu hocce sequentes exeruit effectus; Vagina Pugionis Sclopetarii, quem *Bayonnette* vocamus, pendens ex clavo disrupta, Pugione manente integro, id quod tribuendum venit situi cum fulmine Parallelo: Noduli nonnulli Stannei Vestis ibidem è pariete pendentis fuere vel perforati, vel ex parte liquati, superficietenus nempe: baculi ambulatorii operculum argenteum infimum à baculo ipso solutum, superius flavo-nigricante colore tinctum: Assulæ binæ ex Scrinio adjacente effractæ. Ex hoc conclavi partim per foramen retro Arcam vi perruptum, partim per fenestram in angulo Meridionali tunc apertam exiens fulmen, flexu (fulmini ordinario, quem summæ tribuimus celeritati) facto ex libero Aere introierat iterum in Ædem, excusso hinc inde Muri exterioris cæmento, atque in conclave proximè subjectum, Lectis aliquot Stratum, ubi qui degebant illæsi omnes, Muri maceries hinc inde effractæ; Transibat hinc Fulmen ad angulum Orientalem hujusdem Dormitorii, eumque perterebrans evolaverat in auram versus Turrim. Memorandi heic veniunt bini Casus Medico-Practici. Sartoris inquilini *Usterii* puer 5. vel 6. annorum, qui in uno conclavium fulmine ictorum cubabat, aliquot diebus post intumescentiam passus est Faciei cum rubore,

bore, Scroti item, & protuberantias Glandularum cutanearum, cum Urina turbata, sed brevi curatus Diapnoicis. Expandebat se scilicet Aer internus in extremis vasculis sanguiferis, externo à fulminei ignis transitu nimium rarefacto. Inde ratio arcessenda venit Phanomeni mox sequentis. Dicit Sartoris Servo *Martino Gassner* de Buschvvobach in Ducatu Anspacensi contigit jam ante annum, & quod fortè excurrit, ut ex gravi lapsu sibi accersiverit Inflammationem Pulmonum atque Vomicam, quæ occasione Fulminis, & Terroris inde concepti rupta miserum aliquot à Fulmine diebus letho tradidit.

XIII.

2. In *Æde* Prænobilis Familiæ *Escheriana*, beym *gelben Seidenhof*, impegerat (eadem horâ 2. a. d. 1. Jul. ut præcedens) terribile Fulmen in Camini supra Tectum eminentis caput in parte Occidentali *Ædis*. Diffraçtum hoc, excussis ad pedum circiter viginti distantiam tenaculis fortibus ferreis, quibus dictum Camini Caput fuerat Cantheriis afferruminatum. Primo hoc assultu factò videtur dissiliisse Fulmen in binos ramos, quorum unus circumiens tectum petiit supremæ contignationis, quæ tecti est, partem Septentrionalem, & diffregit valvas ligneas clausas, *an dem Windenhausß*, disijciens eas in fragmina, alter verò potior & fortior aperturæ Occidentalis Camino dictò adsitæ trabeculam adortus est lapideam, *einen steinernen Bank des obersten Winden-Fensters*, quæ loco suo dimota dissiliit in aliquot frusta. Fenestræ autem orbes vitrei omnes rupti. Hinc secundo Muro descenderat Ignis internè ad secundam à suprema contignationem, viresque suas exercuit in Coenaculo, ubi excussa Muris camenta, diffraçtæ fenestræ, liquatæ passim orbium vitreorum plumbeæ cincturæ, orbes ipsi fumosâ tincturâ imbuti, quam ipsam servant passim valvæ & fenestrarum compagmenta lignea, passim in fragmina discerpta. Et memorari inter alia mere-
tur

tur bipedale fere ferramentum , trabeculâ Saxeâ intra valvas, quæ clausâ manserant excussum , & in plateam longè ab illo loco , ubi infixum erat , dejectum , ut aliam evolandi viam haud invenerim , quàm quæ patere poterat per valvas ab ictus violentia tunc diductas, iterumque in pristinum situm restitutas. Exinde descenderat Fulmen tum externè, testibus fragmentis cæmenti è Muris pariete excussis, tum internè perpendiculari linea ad tertiam contignationem , ubi qui ab extra irruerat cum impetu ictus iterum ex trabecula transversa fenestrâ excussit fragmina. Sed, quod trium ancillarum *ἀντίπτων* testimonio confirmatur , in medio porticu, inter conclavia medio , laterculis lapideis strato, substiterat per aliquot momenta Fulmen forma Pyroboli igniti, & spectantibus illis maximo fragore disiliens (excavata in ipso latere fictili fossula seu vestigio 2. circiter digitorum) petierat iterum parietem Occidentalem, & partim intra Murum descenderat ad quartam contignationem, discutiens passim cæmenta ex Muris, denique ad imam quintam, ubi jacuerant aliquot Mercium ex Scrico fabricatarum Fasciculi compacti, illæsi omnes, licet igni transeunti fere contigui : Fracti & heic Muri, excussi orbes vitrei, & ignis transeuntis vestigiis cœrulescentibus tincti, valvæ lignæ nigris. Ab exploso autem illo Glomere fulmineo (conferendo cum Glomerulis illis in Templo Wettingensi discursitantibus, de quibus postea) per DEI gratiam non aliud secutum incommodum, præter *δυσηκολίαν*, quam Ancillarum una postero quoque die senserat. Silentio præteriri haud debet circumstantia sequens. Prænobilis Chiliarcha ex *Werdmüllerorum* Illustri Profapia proximus Ædi Escherianæ vicinus ictu factò accurrens, opem laturus, senserat non tam Odorem Sulphureum (quo domus ipsa icta fuit repleta) quàm Nitroso-Salinum, qui Linguam ipsam ferit, & Nares, Sternutationemque excitavit. Ex majori
qui

quidem minorive Nitri Sulphuri admixti portione ratio derivari potest Fulminis vel discutientis, vel urentis, sed inde tamen nondum constat modus, quo fulminei ignes ipsi compingantur, & adeò miros, terribiles adeò, effectus edant. τὸ θεῖον non rimamur, sed admiramur. Summam, ad quam minimè pertingit nostra Hominum Pyrotechnia admiramur celeritatem, quam & agnovere Veteres, *Fulmini* tribuendo *alas*, testibus Numis & Scriptoribus.

XIV.

3, Fulmineis ignibus intra urbis moenia dejectis accendi merentur, quos ad Turris Carolinae latera descendere videbant Vigiles, quibus & interanea Turris, sparsis veluti, videbantur repleta. In Lipothymiam inciderat unus illorum. Viderat eminus Amplissimus Spectator ignem Turrim hancce circumlambentem.

4. Sic & fulmineo igne veluti helici forma Tecti Petrinae Turris contignationem supremam cinctam viderant, qui vitam salvaturi ex Speculis suis descenderant Vigiles, persuasi, flagrare incendio Turrim.

5. Aquila aenea vel ferrea in Tecti culmine ad Tribum Lignicidarum tribus locis à Fulmine perterebrata, veluti à sclopeti globulis.

XV.

6, Aedes suburbana Prudentissimi Tribuni *Hessii, am Mühlbach*, mirandos sensit Fulminis effectus. Aggessum id fecit in Orientali tecto infra Turriculam ei superimpositam. Dejecta cum impetu Tegulae, sed & diffissum Fulmen ipsum in ramos, qui assaltu veluti combinato Orientalem & Septentrionalem petierunt Aedis parietem. Ingressus ramus per crassitiam tigni foramine, quod vix superat diametrum digiti auricularis, in culinam: Diffraçti heic orbes in fenestris, liquatum passim Plumbum orbes ambiens, dejecta locis suis vasa culinaria. Stannea, aenea, ipse quoque Cacabus Aquae servandae



servandæ dicatus , *der Wasser-Kessel* , antepagmenta sedibus suis emora : Vasis cuprei , quo Aqua hauriri solet , ex clavo ferreo pendentis fundus fuit perterebratus , foramine ad eò tenui , ut vix Lenticulam transmitteres , qui idem fundus externè exhibet ignis Aera fundentis Vestigia , ex Orbe ligneo abiegno , quo vasa aenea operiri solent , Nodus medius fuit excussus , relicto ignis vestigio . Descenderat alius ramus Fulminis juxta cantherios , è quorum uno fragmentum rescidit , in eandem cum Culina Contignationem , ubi est Cænaculum : Mansit id undique , ut erat , clausum , valvis , fenestris , foribus illæsis prorsus : In hoc ipso tamen Cænaculo miranda sese sistunt DEI in Natura operantis vestigia . Suspensæ ad parietes Picturæ & Sculpturæ variæ , quarum margines lignei vel Auro fuere obducti , vel nigro vernice tincti , *Schwartz-gebeizt* . Auri lamellæ fuere veluti abrasæ , nitor extinctus , vernix niger in aliis , iisque quatuor numero , deletus prorsus , & mutatus in fuscum , imo deleta vernice restitutus fuit ligno ipsi color nativus . Sed , quod singularem meretur attentionem , Tabulæ illæ lignæ marginales mutationem passæ . singulæ 4 . circiter pedes longæ , tres latæ seu altæ , fuere ex Nuce Juglande , in eodem autem conclavi pendent aliæ Tabulæ ex Ligno Abiegno , eodem quo illæ vernice nigro obductæ , dolatæ , quæ à fulmineo igne mansere immunes prorsus : Ut omnino ex hac circumstantia clarum fiat , tangi à cœlesti hoc Igne & lædi corpora densiora potius quam porosiora . Effectus idem prorsus observatus in porticu , qui est Cænaculum inter & Hypocaustum . Locus ubi ingressum fuerit Fulmen Cænaculum ipsum extat nullus , nisi per foramen illud seræ , cui inditur clavis . In Conclavi seu dormitorio adjacente nulla neque in parietibus , neque in Tabulis è Muris pendentibus , neque in Lectis , mutatio . Alius Fulminis ramus petierat Ædis partem colono dicatam , ubi excussæ quoque fenestræ , diffracti orbes , & Tincturâ nigra albave conspersi ,

fi. fufum Plumbum, imo paffim ipfum ferro ferro fuit ad-
ferrumi natum, *vnie an einander gelötet*. Excuffi paffim Mu-
ri, diffracta feneftrarum antepagmenta, perforatæ Contig-
nationes, ad imam ufque, ubi per portam Ædis & Areæ
Frumento excutiendo deftinatæ invenerat exitum, ruptis ibi
& diffractis afferibus tignoque faxeo. Non omittenda eft
Observatio Phyfico-Medica. Qui vitreos orbes reparare de-
bebat, quinto à Fulminis ictu die, Ferrum conicum can-
dens dum admoverat Plumbo orbes cingenti, obfervaverat
furgentem fumum nigricantem (aliàs in hac operatione haud
confpicuum) inde autem fenerat conftrictionem Thoracis ac
Ventricis per aliquot horas, quod accidens tribuebat penetranti
fumo fulminei Sulphuris.

XVI.

7. Fulmine porrò tacta Loca fequentia, quæ nullo habi-
to discrimine recenfebo. Pinus duæ in Monte *Geißberg*,
quæ Thuricini eft portio, dilaceratæ.

8. *Pyrus auf dem Ried*, haud longè à Leproforio.

9. Turracula Templi *Hönggani*, hujusque interiora.

10. In Pago *Altstetten* aggressum eft Fulmen in *Henrici
Studer* domo culmen Tecti; hinc fecundo cantherio descen-
derat ad columnas laterales portarum Horrei, quæ intus &
extus fuere in fragmina difciffræ, intacto, per quæ transie-
rat, Stramine & Fæno: Dicitur & tranfiffe Conclave, ubi
dormientes placidè jacebant bini infantes, qui ne quidem è
fomno fuere excitati, nedum læsi. Filia adultior, quæ cu-
babat in conclavi Areæ contiguo, præter Capitis dolorem nil
paffa mali, nihil quoque præter odorem ingratum Sulphureum
inquinilini. In Hypocausto diffractæ nonnullæ Tabulæ ligneæ.

11. In Domo doliarii *Johannis Wetzeli* jurati subofficia-
lis in Pago *Wiedikon*, Tegulæ nonnullæ Tecto dejectæ, & cæ-
mentum Muris excuffum, absque alio damno.

12. *Tilia* prope locum supplicii, *bey der Haubi Grub.*

C

13. Tur-

13. Turris Templi *Zollikonensis*.

14. Equus in Pascuo *Friesenbergenfi*, ad radicem Utliaci montis, suffocatus.

XVII.

15. Vitoduri Ædes Oeconomi. Petiit Fulmen Cantherium Tecti, eumque discerpit, excussæ Tegulæ supra 100. Tigillis, quibus eæ incumbunt, manentibus integris. Hinc extra Muros progrediens descenderat ad pergulam superiorem, ubi columna lignea fuit attacta. Cæmentum Muris excussum. Pergebat inde ad dormitorium ancillarum, seu per orbis vitreos diffractos, seu per Tignum Saxeam, ubi repertum foramen, sed non pervium; ex laterculis quadratis, quibus sterni solent porticus, fuit unus fede sua dimotus, tabulatum Conclavis superius, & ostium ramentis Muri conspersa, absque latione ulla hominum: Observatus duntaxat odor Sulphuris.

16. *Vitoduri* Molendinum *Riedieri*, ubi transferat Fulmen per medios Muros in porticum, & currum ligneum ibi stantem in fragmenta discidit.

17. Ibidem, *Vitoduri*, transferat Fulmen per omnia fere Molendini *Schellenbergiani* Conclavia; suffocationem prope passus inquilinus, sed Aeri libero redditus ad se rediit.

18. In Pago *Albisrieden*, seu *Rieda* Veterum, dejecta Juglans Arbor.

19. In Prædio Consultiff. Senatoris *Gosswæileri Eggbübel*, dicto Tabula lignea coloribus picta In Astulas à Fulmine discerpta.

20. Ad Pagum *Flach* duæ Arbores & una domus conflagrarunt Fulmine icæ.

21. In Pago *Hünikon*, Parochiæ *Nestenbacensis*, Ædes *Febrii* incendio consumta.

22. In Pago *Buchs* Turris Templi, dejectum Culmen, Index

dex Horologii: Arbor Juglans ampla haud longè ab Æde Pa-
rochi decorticata à summo ad imum.

XVIII.

23. *Kyburgi Turris & Templum*, in cuius Tecto effractæ incirca 50. Tegulæ. Ad Solare Horologium Stylo secundo, quem excusserat, transiit Murum, egressum iterum per fenestram Chori, diffractis fenestræ supremæ Orbibus Vitreis, red-
dux per imam ejusdem loci fenestram intra Chorum. In Te-
cto summo effractæ laminae ex Ferro candido, & resupinatae.
Tegulæ longè dispersæ; involaverat fragmen in Ædem Páro-
chiale, cujus aliquot Tegulæ & Orbes Vitrei fracturam passi.
Visus ibi fuit fulmineus ignis Pyroboli ad instar in Scintillas
diffusi descendere, quæ ante evanuerant, quàm Terram atti-
gerant.

24. In Pago *Hedingen* Vicinia discerpta aliquot *Quercus*.

25. *Im Hard*, horâ à Tiguro, ad sinistram Limagi ripam
Juglans Arbor discerpta.

26. In Pago *Bonstetten* trans Albium Ædes.

XIX.

27. In Pago *Rifferschwœil* in Horreo quodam fasciculus
Straminis fuit loco suo decussus, sed non accensus.

28. In Pago *Wollisshofen* *Pyrus* & *Vinea*.

29. In Pago *Kloten* duæ Ædes.

30. In vicinia Pagi *Affholteren* duæ *Abietes*.

31. In Pago *Denikon* Parochiæ *Tellikonensis* *Quercus*.

32. In Pago *Poppelzen* Domus.

33. *Im Weerd* ultra Pontem Silæ versus *Wiedikon* Arboris
cortex multis fissuris perpendicularibus latus.

XX.

Contigerunt hæc omnia, nî me fallant nonnullæ Rela-
tiones, nocte inter ultimum Junii & 1. Julii media, imo unâ
eademque horâ 2. circiter a. Sed nondum videbatur expiatum
Cœlum: Descendens profundius in Barometro Mercurius ad

25.^{II} 11.^{III} prognosticabatur ejusdem diei I. terribiliorem adhuc Vesperam, quæ flantibus & variantibus Ventis SO. SW. NW. secuta fuisset, nî præterita nocte Atmosphæra in Imbres effusa dedisset Aquæ 39.^{III} & spatio 18. horarum $\frac{1}{2}$ circiter Aquæ, quæ Parisiis labitur per integrum Annum. Attamen neque hæc ipsa Vespera transiit absque terrore.

XXI.

34. Fulmine tacta Ædes Scriniarii nova *auf dem Linden-Graben*. Affiliit id Septentrionalem partem sub prominentia seu projectura Tecti utrinque, ramis fortè jam tunc divaricatis: Videtur unus horum descendisse rectà per tignum perpendicularare anguli Orientalioris ad bina conclavia: Excussa Muris Cæmenta, dilaceratum in Assulas tignum: In Culina perterebratum vas, quod suspensum erat, Cupreum, foramine pifo haud majori: Alter interim ramus, qui secundo Cantherio Tecti descenderat, subingressus Hypocaustum per Orbem fenestræ vi fulminei ignis fractum è Muro fragmina excussit, orbesque vitreos ab extra Nitroso-Sulphureis halitibus contaminavit - Exinde descenderat Fulmen ad officinam ipsius Scriniarii, ubi scalpra bina chalybea ligneis manubriis firmiter infixæ fuere excussa, diffractis manubriis: Adstabat, qui Scriniario est ab opera; hic in Lipothymiam prolapsus, Aeri libero redditus simul & Sanitati.

35. In Pago *Rorbas* Fulmine tactæ passim vineæ, ubi vitæ ambusta. In Torculari quodam columna lignea in fragmina diffusa, & circuli nonnulli lignei Orce disrupti.

36. Attigit Fulminis 34. descripti Ramus *Ædem Meyeri*, viarum Stratoris, quæ est intra Vallæ ipsa Urbis: Hic per Portam absque læsione adstantis viri ingressus altiora domus petiisse, & per Caminum evolasse dicitur.

XXII.

37. In Pago *Horgen* ad Lacum Tigurinum unicus fulminis

nis ictus, sed innocuus intra h. 4. & 5. p. Grando lapsa, sed absque notabili damno, loco *am Orth.*

38. In Pago *Lusingen* feriit Fulmen Arcis turriculam, inde Granarium, cujus fores fuere diffissi. Aggressum postea fenestras Canaculi, Lecti ibi stantis diffregit asseres, discidit Aulæa, locis suis dimovit vasa: Trajecit inde ad Lecti latus in dormitorium subiectum, ubi Plumbum orbes vitreos ambiens fuit liquatum, læsi Muri: Inde ad Cellam usque Vinariam. In Canaculo ipso læsa ancilla in brachio & crure, discerptus à pede calceus.

39. In Pago *Wangen*, & Æde *Job. Jacobi Feningeri* deiecit Fulmen culmen Camini, Tegulas Tecto, fragmina excussit Muris, & valvam discerpsit. Secuta pluvia & innoxia fere Grando.

40. In Pago *Lunkhofen*, cujus Jurisdictio alta Tigurinorum est, bassa Bremogartenium, Fulmine, quod Templum feriit, suffocatus Ædituus.

Hæc hæctenus de Fulminibus in Urbe nostra & Agro. Pergo Ordine Geographico-Politico ad Provincias alias.

XXIII.

In Urbe & Agro Bernensi.

41. *Berna* Fulmineos ictus sustinere eadem, qua apud nos nocte ultimum inter Junii & I. Julii media, eodemque tempore. Templum novum *Hospitalis*, ubi Fenestræ ruptæ numero 6. Vidit Speculator Nubes fulmigeras speculâ sua inferiores, quod & Tiguri observatum.

42. Ædes *Ziegleri* ἀποκρηστοποιῶν *im Baum-Garten.*

43. Ædes Suburbana Viduæ Consult. Senatoris *Wytenbachii*, *im Sulgibach*: Heic infans medius inter Parentes jacens suffocatus, Patre Matreque illæsis. In eodem conclavi annulo nigro circa collum, combustis Pilis, signatus Canis, cæterum vivus & sanus.

44. Do-

44. Domus fulmineo incendio consumta in Pago *Eglis-
schweil*, Parochiæ *Seengana*.

45. Conflagravit Domus in Pago *Schwarzenbach* propè
Huttweil.

46. Turris *Burgdorffensis*, ubi Cantherius 53. Pedes lon-
gus fuit in *Affulas* diffusus. Inde descenderat Fulmen in Joh.
Davidis *Heggi* Chirurgi sepulchrum, ubi excavavit foveam.

47. *Huttwila* consumta domus, ex qua Patrem senem
ægotum liberaturus filius hunc quidem periculo exemit, sed
cruris fracti damno.

48. Propè *Wangen* icta Quercus, sub qua jacebant oves
octo, quatuor ex iis ætate adultiores suffocatae, junioribus il-
læsis.

XXIV.

49. Templum *Arovia*, cujus porta læsa.

50. Turris *Arovia* dicta *der Zeitglocken-Thurn*.

51. Turris Templi *Trachselwaldensis*, cujus Horologium
læsum.

52. *Burgdorffi* Ædicula horti, quæ est *Trachselii* Admini-
stratoris *Xenodochii*.

53. *Bernæ auf dem Kirchen-Feld* suffocatae 5. Vaccae, alii
memorant 3.

54. *Auffm Lengfeld in Eggivveil* suffocatae 8. Vaccae.

55. Turris Templi in *Thieracheren*.

56. In Pago *Trumweil* propè *Rieggisberg* conflagrarunt
duæ Ædes.

57. *Vibisci* tribus locis Fulmina. Igne consumta Ædes,
accensa quoque Turris Hospitalis. Ex turba, quæ confluit in-
cendium extinctura, sex homines, fractâ scalâ, amiserunt vi-
tam, & 14. alii graviter læsi.

58. In Pago *Schöffelen* ex Fulmine incendium.

59. Propè *Langenthal* consumta flammis domus: Petitu-
rum

rum supellestilia quædam Patrem infans pede nimis propero secutus à flammis fuit correptus & vita privatus.

60. Inter Minidunum & Paterniacum tres Pagi dicuntur incendia passi.

In Agro Bernensi ad Augusti usque finem numerantur 130. Ædes Fulmineo igne consumptæ.

XXV.

In Agro Lucernensi.

61. In Agro *Lucernensi* septem distinctis locis Incendia à Fulmine. In Pago *Emmen*, qui horâ ab urbe distat, Turris conignatio igne consumpta, salvatum magno labore Templum.

62. Horreum Amici mei optimi D. *Cappeleri*, cujus diffractæ aliquot regulæ: Petiit hujusdem Fulminis Ramus adstantem propè Pyrum, per cujus corticem spirali ductu descendit iterumque ascendit, Arbore servata integra.

63. In *der Tannen* hora circiter ab Oppido *Sursee* duæ Ædes igne deletæ

64. In Pago *Pfaffnach* Ædituus suffocatus.

XXVI.

In Cantone Tugiensi.

65. Die 1. Jul. h. 4 $\frac{1}{2}$. p. Templum D. *Verena* supra *Tugium* in monte situm, cujus deflagavit Tectum & Turricula, liquatæ campanæ, sed Ornamenta Ecclesiæ fuere salvata.

XXVII.

In Agro Basiliensi & Urbe.

66. Quinquies vel sexies ferriit Fulmen *Urbem* ipsam, imprimis *minorem*, sed absque noxa. Sed ager ingens damnum est passus à Grandine, de qua supra.

67. In Pago *Bormingen* semihorâ ab Urbe igne combustum horreum spatio semihoræ.

XXVIII.

In Agro Friburgensi.

68. In Pago *Burvolff* consumptæ Ædes aliquot. Alibi passim incendia.

In Agro Solodorenfi.

69. In Pago *Teittingen* igne consumpta domus.
In Urbe & Agro Scaphufiensis.

70. Nocte inter ult. Jun. & 1. Jul. media duravit Tempestas à 10. noctis ad 7. matutinam; triplici Fulmine ista Urbs. Die 1. sub Vesperam iterum sese protendit Tempestas à 5½. p. ad 10. noctis.

71. In Pago *Tradingen* Parochiæ *Wilchingensis* igne destructa domus.

In Toggio.

72. In pascuo prope *Cænobium D. Johannis* suffocatus Equus & duo jumenta.

In Territorio Genevensi.

73. Nox sæpe memorata terrifica, supra Hominum memoriam. Pessum dedit Grando 30. Pagorum segetes. Fenestris in Urbe à Grandine illatum damnum vix 10000. Librarum impendio refarciri poterat. Fulmina numerosissima, incendia passim in Agro.

XXIX.

In Turgovia.

74. Die 1. h. 2. a. ad Pagum *Nüforen* Fulmine ista domus *im Entenschiefs*. Ignem cepit mensa seu Tabula lignea, sed adeò lentum, qui cinctus licet materia facile combustibili adhæserat unicè illi Tabulæ, & intra quadrihorium partem duntaxat consumserat, intactis corporibus circumjacentibus, demum elapso hoc tempore levi labore extinctus.

75. Torcular propè Arcem *Altenklingen* Parochiæ *Wigoltingensis*.

XXX.

In Comitatu Badensi.

76. *Bada* oppidum triplicem sustinuit noctis unius spatio Tempestatem Fulmineam. d. ult. Jun. h. 10½. p. Cælum fulgurabat continuò Tonitrua inter fortissima, & penetrantissima. Ho-
rà

râ media noctis ad ignem vocati , qui extinguendis incendiis sunt destinati , quo tempore in pago *Thüngen* trans Rhenum 4. Ædes cum Horreo rapaci deflagrabant igne. Barometri altitudo fuit *Bada* 26. " 4 $\frac{1}{2}$. " in alio , quod differt, 26. " 2 $\frac{1}{2}$. " Die I. h. I. a. recruduit de novo Tempeſtas, durabatque inter continuos fere ignes per horam. h. 4. a tertium intonuit Coelum , & vehementius quidem quàm ante. Numerati hac nocte Fulminei ictus circiter 80. ruinaſ Oppidi inter binas graviffimas Tempeſtates ſibi occuſantes medii , minitabantur omnia. Qui poſt ſecundam Tempeſtatem in via erant Curſores , fulgurantis Coeli ſplendorem ſuſſerre vix poterant, nec aliter ſibi conſulere, quàm proſternendo ſeſe in Terram , quo modo Preſteris furores ſuffocantes evitare ſolent itinerantes per Arabiæ deſerta. Badenſis interim Oppidi Ædes & incolæ à Fulminum ictu manſere intacti.

XXIX.

77. In *Maris Stella* ſeu *Wettingenſi Cœnobio* poſtremus fere ictuum fulmineorum trabes craſſiſſimas in Contignatione Teſti & Campanilis tranſverſum diſcerpſit, hinc ſecundo filo aneo, aliquibus in locis liquato, deſcenderat ad interiora Templi. Stabant ibi 5. Viri campanas funibus trahentes, qui omnes fuere proſtrati: Unus horum per omne antemeridianum tempus jacuit mutus, aliis quoque ſenſibus penè orbatus, qui poſtea tamen ad ſe rediit. Alius terroris & metus plenus ſtabat in angulo Muri. Vidit hic Fulminei ignis (qui per foramen tranſierat vix ſemidigitale) deſcenſum ſecundo filo, formâ Nucum, ut comparabat, ignearum, in Choro, ubi collecti in unum erant Patres, cum ſibilo diſcuſantem: Potior hujus Fulminis portio ſeſe dividebat in binos ramos, quorum unus dextrum petiit Altaris latus, ſiniſtrum alter, qui angulum ex ipſo Altari abſtulit. Utrique hi pergebant ulterius ad Templum,

D

diſcuſ-

discursabant hinc inde, formâ globulorum igneorum, qui successivè fuere multiplicati, tandemque exitum invenerunt per Templi Portas. Narrabat hic, de quo ante, *ἀνόντης*, jacuisse diu ante suos oculos particulam fulmineam Juglandis Nucis magnitudine, fortis adeò Sulphurei odoris, ut Os Naresque Cucullâ obvelare fuerit coactus, suffocationis Periculum evitaturus; Colorem hujus Fulminis fuisse ex albo-cœruleo-flavum, qualis est Metallii fusi: invenisse tandem, *ἀγαθῆ τύχη* eundem hunc Globulum vel Glomerem eandem cum reliquis viam Serpentino ductu. Durasse discursus hosce Fulminei ignis per quadrantem horæ. Alius interim Fulminis ramus per Muri fissuram transierat in Cellas binas Patrum, quæ totæ igne & halitu denso Sulphureo fuere repletæ, Monachis, qui ibi jacuerant, illæsis.

XXXII.

In Liberis Provinciis.

78. In Pago *Göslinken* fulmine suffocatus Ædituus. Tabernaculum diffractum.

79. Pagi *Niderweil* Ædituus eodem obiit fato.

80. Eodem Ædituus *Megenwilens*.

81. Turris in *Hermatschweil* dejecta, & pannus, quo tegitur Altare, igne consumtus.

82. Pagi *Bosswel* Ædituus suffocatus.

83. In Pago *Hohenrein*. Vir Fulmine ictus binorum Brachiorum usu orbatus dicitur, & incendio consumtum Horreum.

XXXIII.

84. *Constantia* fulmine læsa Turris pulvere Pyrio repleta, sed absque noxa, Feriit & ignis *Capucinatorum Cœnobium*.

85. In *Suevia* trans Lacum Bodamicum diffusa Tempestas per 5. Milliarium spatium. Speciales Relationes nullæ ad me delatæ.

86. *Thüenga* in Principatu Fürstenbergenſi 4. Aedes cum Horreo conſumptæ.

Nituntur hæc omnia partim *αὐτοψία*, partim narrantium fide : Vel corrigenda paſſim, vel amplianda, ex certioribus relationibus.

XXXIV.

Παραλειπόμενα.

87. D. 24. Jun. ſub Veſperam in Pago *Horben* Parochiæ *Illnavienſis* Fulmine ic̄ta Pyrus, & à ſummo apice ad radicem decorticata ſpirali Linea 2. digitos latâ. Ad Radicem autem excavata Tellus ſpatio dimidii pedis. Poſſeſſor Arboris eſt *Henricus Windſch*.

88. Eadem Veſperâ Verſus horam 6. *Ceraſus Jacobi Schneideri* Judicis Provincialis, Ædi adſtans in *Illnaviâ Superiori*.

89. Eodem tempore in, *Illnavia inferiori* ſepimentum *in der Gupfen*.

90. Eadem Hora *Quercus* in *Agasuhl* dictæ Parochiæ, *auf der breiten Aegerten in einem Töbelin*.

91. D. 1. Jul. *Pyrus* in *Illnavia inferiori* retrò domum *Felicis Schmidii*, in Agro *Cannabi* obſito, *im Lättin*.

92. Eodem *Ceraſus Felicis Hirzelii* *im Schalmen-Aker zu Unter Illnav*.

93. Eadem eidem *Hirzelio* *Quercus* in prato dicto *Morgen unten an Horben*.

94. Eodem, *Johanni Georgio Windſch* Pagi *Horben* *Quercus*, *im Rietlin*.

95. Eodem *Jacobo Windſch* *Quercus* *im Schneider-Riedt*.

96. Eodem eidem alia *Quercus* *im Hangertwieslin*.

97. Eodem in Pago *Billikon* *Henrico Wetzſtein* incolæ Pagi *Kemleten*.

98. Eodem eidem *Abies* *im Gröſholtz*.

99. Eodem eidem *Pyrus Sylveſtris*, *zu Kemleten an der Halden*.

100. Eodem Pyrus Pagi *Ottikon*, in Agro *der Widem* dicto.

101. Eodem Molitori *Illnavia superioris* Abies in Sylva *Dickbach*.

102. Eodem eidem Pyrus.

103. Eodem Abies alba *im Mühlin-Höltzlein*, quæ *Lukhausensum* est.

104. Eodem Quercus in fylva *Asperg Biskonensibus & superioris Illnavie* incolis communi, diffusa à summo ad imum.

105. Eodem inter h. 9. & 10. p. Quercus ad Villam *Lukhausen* quæ *Johannis Binderi* est, à Fulmine accensa, & consumta ad paucorum à Radice pedum distantiam, ut ignis copiosa licet affusa aqua extingui haud potuerit.

Hac ex communicatione Rev. Pastoris *Illnaviensis*, *Balthasaris Peyeri* sub 3. Jan. 1731. cujus sedula in observando attentio aliis pro Exemplo servire poterit.

XXXV.

Tot & tam varia, lateque patentia loca si apud Romanos Veteres fuissent *ἀεραποπληγία*, *Consepta*, quæ Polluci *περιεχθόντα ἐνηλόσια*, fuissent integræ Urbes, Oppida, Pagi; Aræ innumeræ fere impositæ; *Fulgura* per ingentes cumulos *condita*, ignes *dispersi*, id est, quocunque modo tacta & ambusta, *in unum redacti*; Loca illa omnia pro *Religiosis* declarata. *Qui* ritus superstitiosi omnes neque temporis amplius sunt, neque locorum. Fuit altitonans ipse DEUS pro immensa sua erga nos Misericordia Murus aheneus; *Consepta* Aedes omnes nostræ, etiam intactæ, *Templa* omnia: Aræ mentes sacro horrore compulsæ, DEO devotæ; immensa vitiorum mole gravata *Helvetica Tellus* publicis Festis agnoscebat & horrescebat transactæ crimina vitæ, meliora spondebat.

XXXVI.

Ut in Oceano non semper totum, quæ latè patet, Mare in spumosos & æstuantes ab irruenti tempestate volvitur *Fluctus*, sed quidem eodem tempore remotæ admodum partes *Ven-*

ipsis Tempestatibus Fulmineis, quæ sapientissimo DEI consilio conferunt multum ad incrementum Plantarum & Maturationem. Concussione Aeris vibratoria, Tonitrua inter gravia & murmurantia premitur majori vi succus nutritius in poros Plantarum, & elevatur altius; Supplemento proin est Aeris in hujusmodi temporis circumstantiis admodum raro, minimeque gravativo, quem vel depressa Barometra indicant. Hisce Aeris trementis concussionibus, opus habent Frumenta, Vites, Arbores, frequentibus inprimis circa tempus, quo florent Vites, quibus florentibus accrementum aliàs lente progreditur, Naturâ totâ fere protrusione florum, & dispensatione succi in bacculas occupata. Hoc fundamento nititur colonorum nostrorum Regula Experientia fundata, *das in dem ersten Schuß die Râben still stehen.* Egregius hac de re extat Locus apud *Athenæum*. L. II. c. 22. *Φασί γάρ ὅταν ἕδατα μεταπωρεῖα καὶ βροταὶ γίνονται σκληρὰ, τότε γίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν αἱ βροταὶ, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας ἔσσι.* *Dicunt enim cum aque autumnales, & magna Tonitrua fiunt, quod magna nascuntur, atque cum maxime maxima, siquidem precipua generationis esse causa videntur. Audi & Juvenalem*

- - - *Post tunc tradentur tubera, si ver
Tunc erit, & facient optata Tonitrua cænas
Majores.*

Adminiculo hocce opus habent in specie Plantæ Alpinae, constanti rigori per totum Annum expositæ, crescentes in Aere raro admodum, ubi ascensus succi Nutritii binas hæce ob causas redditur difficilior. Hæc autem subsidio veniunt Tonitrua, quorum vel minima, ob multivariam à Montibus & Saxis reflexionem, horrendos edunt fremitus, imo & Sclopeta minora explosa Tonitrua Cœli mentiuntur. Postem huc quoque trahere Orcanes illos vehementissimos sub Zona Torrida, siquidem extra limites exspatiari liceret. Inserviat hæc consideratio demonstrandæ Bonitati sapientissimæ divinæ ex usu rerum,

rum, quas vel pro absolutè noxiis aspectamus, vel pro superfluis & non necessariis. Fulguribus porrò & ipsi Fulminibus everritur quasi & depuratur Atmosphæra à noxiis, qui eam inficere possent, humanoque generi multa magnaque inferre damna, Halitibus. Hinc est, quòd post gravissimam hanc Tempestatem gavisi fuimus per aliquot consecutivè Hebdomadas Aere serenissimo, tranquillo, scenifecio percommodo, Messè lata.

XXXVIII.

Et quì dixerimus, conservari ipsam nostrum Sanitatem hujusmodi Tempestatibus, concuti, ut Montes, Sylvas, Agros, Saxa, sic & Tonitruum inter tremores, Corpora nostra, promoveri Sanguinis aliorumve fluidorum circulum, secretiones varias. Symbolam suam conferre potest Terror ipse, qui Homines corripere solet, panicus licet, præponderanti spirituum Animalium in extrema influxu cutem constringens. Cui tribuo Hæmorrhagias narium, quæ acciderunt hac ipsa occasione, aliquot post Tempestatem diebus, personis nonnullis utriusque sexus, nominatim Viduæ, ad quam fui vocatus nocte inter 3. & 4. Julii media, septuagenariæ sanguinei habitus, quæ larga Sanguinis per nares profusione liberata fuit à dolore capitis gravativo cum vertigine, quam passa fuit per binas ante Tempestatem hebdomadas, uti & Asthmate.

XXXIX.

De Fulminibus *Plinius L. XVIII. c. 52. Omnia à superiore Cælo decidentia obliquos habent ictus: Terrena rectos. Sed quia ex propiore Materia cadunt, ideo creduntur è Terra exire.* Ex terrenis hujusmodi Fulminibus fuere & nostra, non tam Serpentino ductu, en *Ziczac* Galli vocant, ex alto Cælo decidentia, quàm recto, ut plurimum perpendiculari, Pyrobolorum ad instar ruptorum descendebant motu, ex Nubibus ad imam Atmosphæram depresso. Nascitur heic Quæstio, num si altius hæssent Nubes, Fulminum effectus fuissent formidabiliores,

res, & incendiis aptiores? Num si altiori cadant loco, in descensu vel majorem acquirant velocitatem Fulminei ignes, vel in via plures numero particulas Sulphureo-Nitrosas sibi adsociant, ut videmus Pluviam Grandinemque altiori Cœlo deciduas augeri mole, vel tandem in arctius compingantur volumen Fulminei Glomeres, dissoluti magis & dispersi, proin minus noxii, ubi via vel exitus ex Nubibus, vel descensus est brevior. Judicent Naturæ consulti.

XL.

Quietior fuit *Augustus*, attamen tempestuosus. Die 12. inter h. 2. & 3 p. *Basilea* quatuor locis trans Rhenum Ædes Fulmine tactæ: In Suburbio Eschemensi duo Equi in stabulo suffocati, medio, qui stabat inter illos, eoque cœco, manente illæso. Eodem tempore, quod fidissimâ narratione habeo, *Lutetia* Fulmineam experta est Tempestatem. Tonitribus adeo horrendis sociatam, ut qui hæc transcripsit *αὐτὴν* βαρυνόλων fuerit passus ad sequentem usque diem. Eodem die inter h. 4. & 5. p. *Galingæ* propè *Dissenhofam* Fulmine ictus 17. annorum puer illico periit. Die 16. h. 2. p. Cœnobium *Fahr* inter & *Badam* duo Viri exteri à peregrinatione religiosa reduces sub Juglande à Fulmine suffocati: Ex adverso Arbori adstabant dorsetenus uterque, uni horum perterebratum corpus supra Claviculas, alteri dorsum. Tertius Itineris Comes, memor fortè, sub Arboribus intutam esse Stationem, vix descendens à reliquis 10. passibus nil mali passus.

In Pago *Eggirveil* Ditionis Bernensis & *περικύρω* prostravit gravis Tempestat Avenam & reliqua Frumenta Æstiva: Ab *Ecnephia* effuso intumuit adeo *Emma*, ut multa Ligna fuerint abrepta, & ex quinque Fæminis in undis natantibus ad Pontem Telonii tres duntaxat salvari potuerint. In dem *Krachen* altissimæ Abietes radicitus evulsæ: Cecidere quoque in Alpibus multæ Labinæ.

In Barometricis variationibus maximus fuit Mercurii descen-

descensus à fine diei 4. ad finem 12. Tiguri à 26.^h 6.^h ad 1.^h lapsâ diebus 4. & 5. pluvia 5.^h Ventis integrum circulum absolventibus à SO. per SSW. W. NW. NO. ad NOO. In Monte Gothardo, Arce Sarunetana, Basilea minor.

In agro passim regnabat Dysenteria.

Aqua omnis hoc Mense lapsa fuit 78 $\frac{3}{4}$.^h 6.^h 6 $\frac{3}{4}$.^h subtriplum circiter ejus, quæ Lutetia cadit per annum. Mirari tamen licet, quòd lapsâ tantâ Aquæ copiâ decremента Limagi 3.^h duntaxat superentur ab incrementis. Ratio quippe est ut 14 $\frac{1}{2}$. ad 17 $\frac{1}{2}$.^h Sed larga adeò hoc & præterito Mense lapsa Cœlo aquarum copia non poterat non latum dare vitibus & Arboribus incrementum.

Hoc ipso Mense in Montosis Pagi *Schübelbach*, in Provincia ad *Fines* ferit Fulmen Stabulum ex Alpinis, in quo 25. stabant Jumenta, quæ, aperta *αγαθη τύχη* Porta, evasere omnia, Sulphureo halitu exitum inveniēte, qui suffocabat Virum.

In Monte Flumensensi, *Flumserberg*, *Comitatus Sarunetani*, coorta Tempestate grandinosa ac Fulminea, asylum quaesivere quinque Viri in Casa Alpina, qua Fulmine icta prostrati illi omnes, suffocatus unus, reliquis post sat longum (fortè horarum) tempus redeuntibus ad se & ad vitam.

XLI.

Attamen poscebat Autumnus *Septembrem* calidum & sicum, quali per DEI Gratiam sumus gavisi, Lapsa quidem ad 20. usque Mensis diem Aqua 28 $\frac{3}{4}$.^h 2.^h 4 $\frac{3}{4}$.^h sed inde à 20. ad Mensis finem, & toto fere sequenti, Aerem hausimus ferenum calidum, Uvis maturandis aptissimum. Prognosticari id & sperare licuit ex sculari Mercurii ascensu inde à fine diei 5. ad finem 20. à 26.^h 2.^h ad 26.^h 10 $\frac{1}{2}$.^h

XLII.

Octobri Mense favente dulcia fluebant Musta, optatissima opitulante Aeris constitutione, sicca calidaque ad 19. usque diem.

E

diem. Et toto hoc Mense lapsæ duntaxat Cælo fuere $5\frac{1}{2}$.^{'''} Non cadebat Mercurius infra 26.^{'''} 4.^{'''} idque die 6. toto reliquo Mense altior, licet non transcenderit $9\frac{1}{2}$.^{'''} supra 26.^{'''} ut tota variatio fuerit duntaxat $5\frac{1}{2}$.^{'''} Die autem 8. coepit Vindemia in nostris oris, ex omni parte læta, ut præter opinionem & heic & alibi Uvæ ad ultimum maturitatis gradum perductæ Vinum dederint generosum, licet multis locis, ob prægressæ hyemis injurias, minus copiosum. Quadrat huc vulgata apud nos Regula, *die schwersten Donner und Wetter-Jahre, sind die besten Wein Jahre.*

Auroram Borealem vidimus noctibus inter 2. & 3. inter 3. & 4. mediis, motam à NO. versus NW. aliam splendidiorum inter 7. & 8. cujus initium h. 11. in N. unde sese extendit ad W. ubi inprimis surgebant Pyramides, & harum una flammæ rubedinis ad Zenith usque: Plures laterales Striæ forma fumi fulgurantis. Basileæ inter h. 11. & 12. comparere coepit Versus Zenith, indeque rapido velut cursu descendit ad Horizontem NW. forma floccorum undulantium, ubi sensim disparuit. Quum contra Phænomenon hocce communiter ab Horizonte surgat ad Zenith. De quo Phænomeno, formidabili olim, & lanceas, hastas, feretra, acies integras in confictu stantes, prodigiosa alia, quæ fecunda imaginatio menti sistere poterat, representante, id unicum Problematis loco sistere lubet, annon, disponente ita supremo Mundi Conditore atque Rectore, Fulgura hæc, in Regionibus circumpolaribus admodum frequentia, inserviant Aeris densitati & rigori temperandis, pro Hominum & Animalium ibi degentium commodo? Expandendis Vegetabilium Tubulis, quos perenne frigus constringit.

XLIII.

Aliam induebat & turbulentiorem faciem *November*; dedit is Aquæ pluvialis $65\frac{1}{2}$.^{'''} - 5 .^{'''} $5\frac{1}{2}$.^{'''} & subduplum fere, nempe 32.^{'''} primo biduo. Hinc passim loca planiora inundata,

data, Basileæ in specie ex inundatione Birfici annis. Secundo Rheno natabant Arbores, Stabula cum pecoribus. *Mülhusi* Strata Urbis Aqua Tecta 5. vel 6. pedes alta. Ex variationibus Barometricis binæ imprimis commemorandæ notabiliores. Descensus per Scalas à secundo ad medium usque 18. inde à 26. ¹¹ 7. ¹¹¹ ad 25. ¹¹ 10 ¹¹¹ Ventis imprimis in Occidentali Hemisphærio dominantibus. Inde ad finem Mensis continuus fere adscensus ad 26. ¹¹ 10. ¹¹¹ Ventis præsertim Aquilo-Zephyrinis & Aquil-Orientalibus regnantibus. Ascensum hunc Barometri comitabatur adscensus Aquæ in Fluviis, Limagi Urbem nostram perluentis inde à die 14. ad 22. à 9. ¹ 6. ¹¹ ad 7. ¹ 8.

XLIV.

Scenam Anni claudit Neptunius Mensis, qui *Decembris* nomine vulgò venit, non minus turbulentus ac primus ille, qui à Jano nomen habet, non quidem gelido stridore, sed Pluviarum frequentium lapsu, quæ dederunt 54. ¹¹¹ sive 4. ¹¹ 6. ¹¹¹ citatis atque reiteratis ascensibus descensibusque Mercurii, qui frequentes nobis attulerunt Tusses, Rheumata, Febres. Nam ecce descendebat Barometrum à medio 3. ad finem 7. à 26. ¹¹ 10 ¹¹¹ ad 2 ¹¹¹ spirantibus W. SW. S. SO. NO. qui postremus constans Mercurium iterum elevavit, ut in fine diei 13. hæserit in 9 ¹¹¹. Sed lectus à fine diei 14. ad medium 19. descensus ad 2. ¹¹¹ usque sub dominio Austr-Occidentalium & Austr-Orientalium Ventorum, eorumque violentorum. Hunc excipiebat diebus 20. & 21. ascensus ad 10 ¹¹¹. flantibus NW. Sed supervenientibus mox W. SWW. SW. iisque fortibus iterum descendebat Mercurius ad 3 ¹¹¹. lapsa spatio 6. dierum 20. ¹¹¹ Aqua.

Hoc Mense grassabatur Lues inter Equos, Boves, Vac-

E 2

cas

cas in Præfectura *Belfortensi*, *Cannat dans la Generalité de Moulins*, *Principatu Montisbelgardensi*. Exorta sub Lingua, vel ad ejus latus, Veficula seu Pustula, cui nō succurritur illicò, abit illa in Carcinoma, quo Lingua erosa cadit, & Bestia spatio 24. horarum perit. Aggreditur hæc Lues indiscriminatim nunc hoc, nunc illud Stabulum, hoc illudve jumentum, etiam absque communicatione mutua. Edit, bibit, officiis suis defungitur Animal, donec Lingua cadat: Quapropter, ut succurratur maturè, bis terve de die jumentis inspicienda est Lingua. Optimo autem cum successu *προφυλάξεως* loco quotidie eluitur os Aceto infusio- nis Piperis, Allii, Salis. Vel exhibetur Bestia sequens Re- medium. Ther. Drachm. iij. Caryoph. Cinam. Ana. Dr. j. Piper. grosso modo contus. Dr. ij. Zingib. Dr. j. Baccar. Junip. Dr. ij. Nuc. Mosch. n. I. affund. Vini rubri Mens. j. Diger. per 5. vel 6. hor. Pustula autem jam exorta est illicò cochlea- ri aliòve Instrumento argenteo disrumpenda, membra- na abstrahenda: Dehinc eluendum est Os & Vulnus Aqua communi, vel Aceto forti supra memorato, tandemque hoc fricandum Vitriolo Cyprio, vel Cœruleo; vel sumitur Vi- trioli Uncia una, solvitur in Mensura dimidia Aceti fortis addita Mellis Libra dimidia, super ignem. Huic Aceto in- tinctum Linteò baculo circumligato fricatur Vulnus, usque dum prodit Sanguis. Hæc, quia optatissimi sunt Suc- cessus, & Experientia ipsa probata, Publico invidere nec potui, nec volui, ut si fortè, quod DEUS avertat, ad nostras Regiones transfret hujusmodi Lues, illicò infectis me- dela afferri posset.

Juvabunt Lectorem harum Thesium Tabulæ
sequentes Synopticæ.

Mercurii Altitudines summa

ima

	Tiguri.		In Gothardo.		Tiguri.		In Gothardo.	
Januar.	27. ¹¹	0. ¹¹¹ d. 4.	22. ¹¹	0. ¹¹¹ d. 4.	26. ¹¹	1. ¹¹¹ d. 15.	21. ¹¹	2. ¹¹ d. 16.
Februar.	27.	2. d. 16.	21.	11. d. 10.	25.	7. ¹¹ d. 9.	21.	0 d. 10.
Mart.	27.	0. d. 14.	21.	11. d. 15.	26.	4. d. 7.	21.	3. ¹¹ d. 8.
April.	26.	9. d. 2.	21.	9. d. 1. 2.	25.	11. ¹¹ d. 30.	21.	2. ¹¹ d. 30.
Maj.	26.	8. ¹¹ d. 14.	21.	10. ¹¹ d. 24.	26.	11. ¹¹ d. 10.	21.	3. ¹¹ d. 10.
Jun.	26.	9. d. 11.	22.	0. d. 13.	26.	0. d. 30.	21.	5. ¹¹ d. 29.
Jul.	26.	7. d. 22.	21.	10. d. 9.	25.	11. ¹¹ d. 1.	21.	5. d. 2.
August.	26.	6. d. 4.	21.	10. ¹¹ d. 1. 8.	26.	1. d. 12.	21.	6. d. 23.
Septemb.	26.	10. ¹¹ d. 22.	22.	0. d. 22.	26.	1. ¹¹ d. 9.	21.	5. d. 8.
Octob.	26.	9. ¹¹ d. 14.			26.	4. d. 6.		
Novemb.	26.	10. d. 30.			25.	10. ¹¹ d. 18.		
Decemb.	26.	10. ¹¹ d. 3. 22.			26.	2. d. 19.		

Constat hinc, media hujus Anni Altitudo Tiguri, 26.¹¹ 4.¹¹¹ f. 5.
 Correctius, 26.¹¹ 6.¹¹¹
 In Gothardo, 21. 6.

Different. 4.¹¹ 11.¹¹¹

Et ex Tabula Graduationis Aeris in Stoicheogr. Helv, p. 24.
 Musei mei elevatio supra Horizontem Maris

Ex Hypothesi	Mariotti.	Cassini	Job. Scheuchzeri Fr.
	205.° 4. Par.	221.° 4.!	219.° 4.!
Gothardi.	933. 2.	1293. 3.	959. 2.
Altit. Gothardi supra Tigurum,	727. 4.	1071. 5.	748. 4.

Dant etiam Differentiæ mediæ per Menses computatæ 4.¹¹ 9.¹¹¹
 nempe inter Tigurum & Gothardum.

Et vices differentiarum per dies singulos Anni 4. 9.¹¹

E 3

Ex

Ex Germanica hujus Dissertationis Editione, & Tabulis amplioribus ibi occurrentibus, constabit, seligi potius debere 4.^{II} 10.^{III} adeoque poni pro altitudine Musci.

<i>Ex Hypothesi.</i>	<i>Mariotti.</i>	<i>Cassini.</i>	<i>Job. Scheuchzeri.</i>
	188. ^o 5 $\frac{1}{2}$. ^I	202. ^o 0. ^{II}	193. ^o 3 $\frac{1}{2}$. ^I
	933. 2.	1293. 3.	959. 2.
Altitud. Goth. sup. Tigurum,	744. 2 $\frac{1}{2}$.	1091. 3.	765. 4 $\frac{1}{2}$.

Ea de re prætolamur correctiorem Calculum à Celeb. D. *Nicolao Bernoullio* Acad. Petropolitanae Professore.

XLV.

Differentia inter summam & imam altitudinem.

	<i>Tiguri.</i>	<i>In Gothardo.</i>
Januario -	10 $\frac{1}{2}$. ^{III}	10. ^{III}
Februario -	1. ^{II} 6 $\frac{1}{2}$.	11.
Martio -	8.	7 $\frac{1}{2}$.
Aprili -	9 $\frac{1}{2}$.	6 $\frac{1}{2}$.
Majo -	9.	7.
Junio -	9.	6 $\frac{1}{2}$.
Julio -	7 $\frac{1}{2}$.	5.
Augusto -	5.	4 $\frac{1}{2}$.
Septemb. -	9.	7.
Octob. -	5 $\frac{1}{2}$.	Barometrum in Monte <i>καμνη τρύχη</i> fractum.
Novemb. -	10 $\frac{1}{2}$.	-
Decemb. -	8 $\frac{1}{2}$.	-

Ubi *ὡς ἐν παραδείῳ* notandum, variationes ut totales Menstruas, ita & diæles semper esse minores in Monte quàm Tiguri, propter raritatem Aeris montani, & summam Europæ altitudinem: Conferendas cum Observationibus Barometricis sub Zona Torrida factis; de qua re alibi.

XLV.

Aqua Cælo lapsæ quantitas, Tiguri.

Januario -	15. ^{III}	1. ^{II} 3. ^{III}
Februario -	22 $\frac{1}{2}$.	1. 10 $\frac{1}{2}$.
Martio -	$\frac{1}{2}$.	$\frac{1}{2}$.
Aprili -	41 $\frac{1}{2}$.	3. 5 $\frac{1}{2}$.

Majo.	-	30 $\frac{3}{4}$ ^{III}	-	2 ^{II}	-	6 $\frac{3}{4}$ ^{III}
Junio	-	24 $\frac{1}{2}$	-	2.	-	5 $\frac{1}{2}$.
Julio	-	80 $\frac{1}{2}$.	-	6.	-	8 $\frac{3}{4}$.
Augusto	-	78 $\frac{3}{4}$.	-	6.	-	6 $\frac{3}{4}$.
Septembr.	-	28 $\frac{3}{4}$.	-	2.	-	4 $\frac{1}{4}$.
Octobri	-	5 $\frac{1}{2}$.	-		-	5 $\frac{1}{2}$.
Novembri	-	65 $\frac{1}{2}$.	-	5.	-	5 $\frac{1}{2}$.
Decembri	-	54.	-	4.	-	6.

Summa Anni. 448 $\frac{1}{4}$ - 37. - 4 $\frac{1}{4}$.
 Quantitas dupla circiter ejus, quæ quotannis cadit Parisijs,



COROLLARIA.

I.

Miraculum optimi Salvatoris in Leproso sanato Matth. VIII. 1. 3. Marc. I. 40. 41. 42. Luc. V. 12. demonstrat feddissimi morbi, radicati inprimis, fortissima contra omnis generis remedia resistantia, & momentanea sanatio, solo verbo omnipotenti, *θείω καθαρίσθητι*,

II.

Παραλύσεως generali nomine veniunt Apoplexia, Paraplegia, Hemiplegia, Paralysis κατ' ἐξοχὴν sic dicta. In omnibus his Sensus adest privatio & Motus. Mirum proin, quod Paralyticus ille Matth. VIII. 6. 13: dicatur *δεινῆς βασανιζόμενος* Torquens hæc, spasmodica, seu convulsiva Paralysis ita intelligi debet, quod sublato æquilibrio Systematis nervosi relaxatio equidem facta fuerit in uno latere, in altero fortissima tensio, fortior tantò, si accesserit acrimonia Sanguinis & Fluidorum scorbutica. Occurrunt passim in Medicorum Annalibus Paralyseon dolorificarum Historiæ,

V.

Juxta Naturæ & Motus Leges in æstuosus fluctus elevatum Mare non sese demittit illicò, sed per gradus. Et intentat complanatum à Turbinis irruentis impetu Mare sæva pericula Nautis. Miraculosa proin est Malacia illa Matth. VIII. 24. 25. 26. Horrendo murmure resonant Fluctus, καλύπτεται τὸ πλοῖον ὑπὸ τῶν κυμάτων, ὡς αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι, perniciem minantur omnia, ingeminant Discipuli lamentabile suum ἀποκλύμεθα. Sed excitatus è somno θαλασσοῦράτωρ increpat Ventos & æstuosum Mare, silentium imponit & Undis & Ventis, qui parent protinus supremi Monarchæ mandato, γίνεται γαλήνη μεγάλη. Adest Legum Naturæ Author ac Dominus. Hinc rectè inferunt Itineris periculosissimi Socii, ποταπὸς ἐστὶν ἔργον, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θαλάσση ὑπακύνειν αὐτῷ; Matth. VIII. 27.

VI.

Maniacis similes illi Matth. VIII. 28. 32. χαλεποὶ λίαν, indomiti, furiosi, disrumpebant πέδας καὶ ἀλύσεις, quibus fuere vincti, degebant ἐν μνημείοις, quæ nempe extra Oppida & Pagos excisa fuere Saxis vel collibus. Sed fuere reverà Obsessi. Argumento sunt circumstantiæ, colloquium Dæmoniacorum, vel Dæmonum in iis hospitantium, cum CHRISTO: Venia, quam petiere & obtinere, obsidendi Porcos, ingressus in eos: Horum præcipitatio in Mare: Confessio nominis, λεγέων. Quæ Historia, si quæ, funditus evertit Bekkerianissimum.



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

The table consists of approximately 20 columns and 30 rows. The entries are handwritten and appear to be numerical data, possibly representing a calendar or a ledger. The handwriting is somewhat faded and difficult to read in many places. The grid is formed by faint lines, and the data is organized into columns and rows.

Vertical handwritten text on the right side of the page, possibly a marginal note or a column header.



Padua
Paris
Turin
Bard
Baden
Zurich
Sargans
Guntzen
Damon
Göthard
Göthard
Galanz

	1728												1729												1730												1731											
	Aug	Sept	Oct	Nov	Dec	Jan	Febr	Mar	Apr	Maj	Jun	Jul	Aug	Sept	Oct	Nov	Dec	Jan	Febr	Mar	Apr	Maj	Jun	Jul	Aug	Sept	Oct	Nov	Dec																			
Padua	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0	27.0																			
Paris	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1	27.1																			
Turin						27.2	27.2	27.2	27.2	27.2												27.2	27.2	27.2	27.2	27.2	27.2	27.2	27.2																			
Bard																														27.3																		
Baden																														27.3																		
Zurich	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4	26.4																			
Sargans																														27.4																		
Guntzen																														27.4																		
Damon																														27.4																		
Göthard	27.20	27.17	27.15	27.12	27.10	27.08	27.06	27.04	27.02	27.00	26.98	26.96	26.94	26.92	26.90	26.88	26.86	26.84	26.82	26.80	26.78	26.76	26.74	26.72	26.70	26.68	26.66	26.64	26.62																			
Göthard																														27.5																		
Galanz																														27.5																		

INCLITO
BONONIENSIS SCIENTIARUM & ARTIUM
INSTITUTO
TABULAS hæc
sacræ fuit
Societ.

ALTITUDINES supra Mariæ redactæ ad
Hexapeda et pedes Parisiense
& Hypothen
Mariotti. Cæsi. Ita. Sen.

Padua	26. 2	28. 7 1/2	26. 8 1/2
Paris	109. 3/4	115. 1/2	114. 8 1/2
Turin	144. 8	151. 2	148. 2 1/2
Bard	143. 2	150. 5	147. 5
Baden	158. 4 1/2	161. 6	157. 7 1/2
Zurich	267. 7	277. 1/2	274. 1
Sargans	276. 3	280. 6	275. 1
Guntzen	275. 2	279. 7	274. 2
Damon	312. 8 1/2	317. 6	311. 2
Göthard	388. *	397. 1	396. 1



The image shows a page from an old book with a faint grid pattern. The grid is composed of light lines forming a large rectangle. The page is heavily stained and discolored, particularly with brown spots and a yellowish tint. The text within the grid is almost entirely illegible due to fading and the quality of the scan. The page is bound on the left side, and the right edge shows the gutter of the book.



Ue 980

ULB Halle 3
003 923 088



h2





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Σ. Θ.
COELUM TRISTE

oc 4378

2

Ad
IULIAS CALENDAS

Anni MDCCXXXI.

Publica Eruditorum Censura

subjicient

JOH. JACOBUS SCHEUCHZER, Med. D.

Math. P. Acad. Imper. Nat. Curiosor.

Adjunctus, Socc. Regg. Angl. &

Pruff. Membrum.

Et pro Consequendo Examine Philosophico

ABRAHAMUS HEGIUS.

JACOBUS ZIMMERMANNUS.

CONRADUS WYSSIUS.

HENRICUS WERDMYLLERUS.

HENRICUS SIMLERUS.

HENRICUS WALDERUS.

SOLOMON CELLARIUS.

GUILIELMUS SCHERERUS.

JOH. JACOBUS WASERUS.

H. L. Q. S.

Ad Diem Januarii.

Typis JOH. HENRICI BYRCKLINI